



Sermones autem ac pulcherrimi varijs scripturarum doctrinis re-
fecti de tempore per totum annum
editi a solemnissimo theologie do-
ctore magistro iacobo de voragine
ordinis predicatorum quondam
episcopo Januensi feliciter incipi-
unt.

Et primo de bñca prima aduentus
Sermo primus.

Prepara te in occursum
dei tui israel
Amos iiiij. Quan-
do rex vel aliquis
principis marime
dignitatis ad civi-
tatem aliquam est venturus dixerit
si nunc premituntur ipsius nunci-
antes aduentum: ut ad ipsum reue-
renter suscipiendus omnes se pre-
parent et disponant. Rex iste mag-
nus est dominus ihesus christus
qui isto tpe est venturus in carne
scdm ecclesie representationem. et
ideo debemus nosmetipsos dispo-
nere et reuerenter sibi occurrere. in
ista rebuz premissum quod dicitur:
Prepara te in occursum dei tui isra-
hel etc. Ideo sancta mater ecclesia
tres solemnes nuncios et legatos
mittit qui istius regis aduentum
annuntiant et ad ipsius susceptio-
nem nos sollicitate invitant scilicet
paulum apostolum ~~Zachariam~~
prophetam et matheum euangeli-
stam. Paulus namque in epistola
sua legationem facit ostendens quod
les debent esse illi qui istum regem

debent suscipere annuncians et pro-
ponens quod tria eos facere oportet.
Primo enim quod non debent dormire
sed vigilare cui dicitur Ro. ij. Hora
est iam nos de somno surgere: non
precessit dies autem appropinqua-
bit. Olim enim omnes fere homines
in peccatis dormiebant. et a bono
opere torpebant. nec mirum quia
in nocte erant. In nocte enim tria
sunt que dormire faciunt et som-
num inducunt. scilicet obscuritas
frigiditas atque humiditas. Non quod
dem naturaliter est frigida. humi-
da et obscura. Obscuritas quidem
somnia inducere solet. Unde ho-
mines dormire volentes loca obscu-
ra querunt. Frigiditas somnum
inducit. Unde in hyeme in frigi-
da completione somnus profun-
dus laudabilis est. in calida autem
suspectus. Humiditas etiam cau-
sat somnum. Unde sicut philoso-
phum. vapor humidus a cibus re-
soluitur: dum ad cerebrum ascen-
dit somnum inducit. Hinc est quod
pueri magis dormiunt quam senes quod
plus abundant in humiditate.
Non ergo mirum fuit si antiqui pa-
tres sic dormiebant quia erant in
obscuritate ignorantie. in frigidi-
tate dilectionis divine. et in humi-
ditate carnalis concupiscentie.
Dyabolus quidem in hijs tribus lo-
cis dormit. scilicet in loco obscuro
frigido et humido. et ideo dormire se-
cum ceteros faciebat. Job. i. Sub
umbra dormit. ecce obscuritas ig-
norantie. In secreto calami. ecce